

Band II., Nr. 374, Seite 132-134

*Bischof Günther von Speyer bestätigt die Erwerbung der Güter Frechstatt
und Schröck durch das Kloster Maulbronn.*

Speyer, 1160. Juli 1.

+ In nomine sanctę et individue trinitatis. Guntherus, divina preordinante clementia Spirensis ecclesię episcopus. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod quidam liber homo, nomine Burchardus, a comite Egenone de Vehingin predium Frechstat in beneficio accepit, qui liber homo, cum postea quandam de familia eiusdem comitis legitimo matrimonio sibi coniunxit, idem predium non iam nomine beneficii, sed titulo pure donationis, una cum coniuge sua liberisque communibus, a manu eiusdem comitis suscipiens tanquam proprium possidere cepit. Ego vero idem predium ad opus fratrum Mulenbrunnensium comparare intendens, quatinus eiusdem emptio et venditio simulque traditio de iure sortiretur effectum, effeci quod idem homo cum coniuge sua liberisque suis in manus prefati comitis, fidei-commissaria conditione interposita, idem predium dedit, et petitione eorum a comite et ab uxore sua et a filiis suis venerabili loco Mulenbrunnensium est inrefragabiliter contraditum, cui traditioni subscripti viri interfuere: Uvolfram scilicet de Winisberg, Adelbreth de Burfultingin, Sigewart de Vraha, Cvnrat de Nvzdorf, Cvnrat de Lomersheim, Uvernhere de Russewag, Cvnrat de Ammera, Cvnrat de Remichingin, Heinrich de Wihingin¹, Uvortwin de Wihingin. Hii tres comitis ministeriales erant, reliqui vero liberi. Huius quoque iuris privilegio prefatum predium munitum fuit, quod videlicet tamquam emunitas ad nullius parrochię iurisdictionem pertinebat, set tamen, cum novis incolis cepit inhabitari, quousque ipsis de novo construeretur ecclesia, cui proprias persolverent decimationes, concessum est eis ut sacerdotibus vicinarum ecclesiarum, Eggenstein scilicet et Linkinheim, interim eas annuatim darent, a quibus etiam sacerdotibus ecclesiastica sacramenta perciperent. Cum autem ad nichilum redacta fuisset talis hominum inhabitatio, extincta est et huiusmodi permissio, set predium illud ad Mulenbrunnenses iam dicto modo devolutum, qui a vicinis sacerdotibus huiusmodi sacramenta expetere necesse non habent, liberum ab huiusmodi prestatione possideri debet. Proposuit tamen querimoniam sacerdos de Eggenstein, nomine Meinhardvs, de decimatione inibi pro parte sibi quasi persolvenda; set comes Egeno pro eiusdem predii iure tuendo in plena synodo obtinuit, quod id ipsum ab omni nexu prestandę decimationis alienis ecclesiis, nisi ei quę forte propria ibidem construeretur, vel cui

¹Enzweihingen.

II

postmodum aliquo vinculo subiectionis per priorum dominorum traditionem obligaretur, liberum manere deberet. Hoc conprobato, prefatus sacerdos et illius alterius ecclesie prespiter, si quid etiam iuris haberent in requirenda huiusmodi decimatione, in publico refutaverunt. Preterea aliud quoddam prediolum, nomine Schrâg², predicto predio vicinum, quod comes Albertus de Kalewa cuidam Bertholdo filiisque suis sub compositione cuiusdam transactionis, mediante manu quorundam liberorum hominum, videlicet de Vraha Sigewardi et filii sui, tradidit, ab eodem Bertholdo liberisque suis comparavi, redimens id hinc inde ubi ipsi hoc pignoris seu ypothecę nomine exposuerunt. Donatio vero eiusdem predii, in manibus predictorum virorum detenta, petitione prefati Bertholdi et filiorum suorum, utpote alterius conditionis existentium, iam facta emptione in Mullenbrunnense cenobium per eosdem viros est translata. Ut autem huiusmodi contractuum dispositionumque rata et inconvulsa permaneat auctoritas, hoc instrumentum super his conscribi sigillique mei impressione communiri precepi, subiuncta horrendi anathematis comminatione in omnes his in contrarium venire volentes. Huius quoque conscriptionis carthe testes sunt hii: Godefridus, maior prepositus. Bertholdus decanus. Cvnradus, prepositus de sancto Germano. Ditherus, prepositus de sancto Gvidone. Uvithekint, prepositus de sancta trinitate. Eggebervs, comes de Spira. Heinricvs et frater eius Bertholdus, comites. Marquardus et Godefridus. Cvnradus et Eberhardus. Helmger et filii sui. Anshelm camerarius. Cvnradus dapifer. Albertus marscalcus. Didericvs pincerna. Uvecelo de Berga et alii quam plures, tam liberi quam ministeriales.

 Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLX., indictione VII.^a, regnante imperatore Friderico victoriosissimo. Anno autem regni eius VIII., imperii V., anno etiam episcopatus domini Gvntheri XII.

 Datum Spire kalendis Iulii³, ad laudem et gloriam domini nostri Ihesu Christi. Amen.

Der Textabdruck folgt der Ausfertigung auf Pergament.

 Das runde, am Rand beschädigte Wachssiegel wurde zweitverwendet und hängt ungewöhnlicherweise an zwei nebeneinander durch die Urkunde geschlungenen Pergamentriemen an, welche an vier verschiedenen Stellen teils neben, teils hintereinander mit dem

^aEine jüngere Hand hat über VII eine VIII gesetzt, die als Indiktion zum Jahr 1160 gehört.

²Schröck, heute Leopoldshafen.

³Der 1. Juli des angegebenen Kaiser- und Königjahrs stimmt zu der ursprünglich gesetzten 7. Indiktion, d.h. dem Jahr 1159, und dazu würde dann auch das zwölfte Regierungsjahr Günthers besser passen als zum Jahr 1160.

III

Siegel sich verbinden. Für einen Aufdruck wäre der Rand des Pergamentblattes zu schmal gewesen. Es ist unwahrscheinlich, dass das Siegel ursprünglich auf diese Weise an der Urkunde befestigt war. Es zeigt sich jedoch keine Spur davon, dass es anfangs auf der Rückseite aufgedrückt gewesen sei, wie dies u.a. bei einer bischöflich-speyerischen Urkunde von vor 1181 vorkommt. Das Siegelbild zeigt den im Amtsgewand sitzenden Bischof mit dem Krummstab in der Rechten und einem aufgeschlagenen Buch, worauf PAX VOBI noch erkennbar, in der Linken. Die Umschrift lautet: + GVNTERVS GRATIA DEI SPIRENSIS EPISCOPVS.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 502 U 9

Editionen:

Rückert: Alles gefälscht?, S. 37 (Abb.).

Literatur:

Acht: Urkundenwesen Speyerer Bischöfe, S. 296 ff. Rückert: Alles gefälscht?, S. 36.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Format:

46,5 x 38,5 cm

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Speyer

Ortsindex:

Achalm : Reutlingen RT
 Achalm Wohnplatz (15987)
 Aurich Wohnplatz (1112)
 Aurich, Vaihingen an der Enz, LB
 Berg (Pfalz), GER
 Calw Wohnplatz (6981)
 Calw, CW
 Eggenstein Wohnplatz (5545)
 Eggenstein, Eggenstein-Leopoldshafen, KA
 Frechstatt Wüstung (22772)
 Frechstatt, Linkenheim-Hochstetten, KA, W
 Leopoldshafen Wohnplatz (5547)
 Leopoldshafen, Eggenstein-Leopoldshafen, KA
 Linkenheim Wohnplatz (5555)
 Linkenheim, Linkenheim-Hochstetten, KA
 Lomersheim Wohnplatz (7065)
 Lomersheim, Mühlacker, PF

Maulbronn Wohnplatz (7043)
 Maulbronn, PF
 Nußdorf Wohnplatz (18432)
 Nußdorf, Überlingen, FN
 Pulverdingen Wohnplatz (1123)
 Pulverdingen, Vaihingen an der Enz, LB
 Remchingen Wüstung (25960)
 Remchingen, PF, W
 Roßwag Wohnplatz (1126)
 Roßwag, Vaihingen an der Enz, LB
 Speyer, SP
 Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)
 Vaihingen an der Enz, LB
 Weinsberg Wohnplatz (2238)
 Weinsberg, HN